Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



et xxxvi

In illo t. Dixit ihs dc. s. parabolam hanc. Homo quidam
erat diues. & indueba tur purpura & byisso. & epulabat
quotidie splendide. Et erat quidam mendic nomine laza
r. qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus. cupiens
saturari de micis. que cadebant de mensa diuitis. & nemo
illi dabat. sed & canes uenie bant. & lingebant ulcera eius.
factum est autem ut moreret mendic. & portaret ab angelis
in sinum abrahe. Mortuus autem est & diues. & sepultus
e in inferno. Leuans autem oculos cum esset in tormentis. vi
dit abraham a longe. & lazarum in sinu eius. Et ipse clamans
dixit. Pater abraham miserere mei. & mitte lazarum ut
intingat extremum digiti sui in aquam. ut refrigeret linguam
meam. quia crucior in hac flamma. Et dixit illi abraham.
fili recordare quia recepisti bona in uita tua. & lazarus simi
liter mala. Nunc autem hic consolatur. tu uero cruciaris. & in his
omnibus inter nos. & uos. chaos magnum firmatum est. ut hi
qui uolunt huc transire ad nos non possint. neque inde huc
transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater ut mittas eum in do
mum patris mei. habeo enim quinque fratres. ut testetur illis. ne
et ipsi ueniant in locum hunc tormentorum. Et ait illi abra
ham. habent moysen. & prophetas. audiant illos. At ille dixit.
Non pater abraham. sed si quis ex mortuis ierit ad eos. pe
nitentiam agent. Ait autem illi abraham. Si moysen & p
phetas non audiunt. neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.
mi. Nolite mirari si odit uos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad
uitam. quoniam diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte.
Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quia omis

Anta. ii. Johannis